BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 23v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tuum. Hec dicit dominus deus
Labor egypti et negotiatio ethyo
pie et sabbaim viri sublimes ad
te transibunt et tui erunt. Ad te
transibunt post te ambulabunt
vinctis manibus pergent et te a
dorabunt. teque depretabuntur tantum in
te est deus. Et non est deus preter
te. Vere tu es deus absconditus.
deus israel saluator. Confusi sunt
et erubuerunt omnes simul a
bierunt in confusionem fabrica
tores errorum. Israel autem saluatus
est in domino salute eterna. Non
confundemini et non erubescetis usque
in seculum seculi. quia hec dicit
dominus creans celos ipse deus for
mans terram et faciens eam. Ipse
plastes eius non in vanum creauit
eam. sed ut habitaretur formauit e
am. Ego dominus et non est alter. non
in abscondito locutus sum. neque in
loco terre tenebroso. Non dixi semi
ni tuo iacob frustra. querite me.
Ego dominus loquens iusticiam
annuncians recta. Congregamini et
venite et accedite simul. qui salua
ti estis exgentibus. Nescierunt qui
leuant signum sculpture sue. et
rogant deum non saluatem. Annun
ciate et venite et consiliamini simul
Quis auditum fecit hec ab initio
et extunc predixit illud. Nunquid
non ego dominus et non est ultra deus
absque me. Conuertimini ad me. et
salui eritis omnes fines terre. quia
ego dominus et iustus et saluans
et non est alius preter me. In me

iuraui ipso iuraui. Egredietur de ore
meo verbum iusticie et non reuer
tetur. quia michi curuabuntur omnia
genua et iurabit omnis lingua
Ergo in domino dicent. Omnes sunt
iusticie et imperium. Ad eum venient
et confundentur omnes qui repugnant
in domino. XLVI. Cuant ei
iustificabitur et laudabitur omne
semen israel. Confractus est bel. con
tritus est nabo. fracta sunt simu
lachra eorum bestiis et iumentis.
Onera vestra graui pondere usque
ad lassitudinem contabuerunt et
contrita sunt simul. non potuerunt
saluare portantem et anima eorum
in captiuitatem ibit. Audite me
domus iacob et omne residuum
domus israel. qui portamini a mo
utero. qui gestamini a mea vulua.
usque ad senectam ego ipse et usque
ad canos ego portabo. Ego feci et
ego feram. ego portabo et saluabo
Cui assimilastis me et adequastis
et comparastis me et fecistis similem
Qui confertis aurum de sacculo
et argentum statera ponderatis
conducentes aurificem ut faciat
deum et procidant ut adorant. Por
tant illum in humeris gestantes
et ponentes in loco suo et stabit ac
de loco non mouebitur. Sed et cum
clamauerint ad eum non audiet. et
de tribulacione non saluabit eos. sed
memento te istud ne confundamini
Redite preuaricatores ad cor et re
cordamini prioris. quoniam ego sum dominus
deus et non est ultra me deus. nec